Incipit tractatus magiſtri. Johannis gerſon cancellarij pariſienſis de laude ſcriptorum ad carthuſienſes et celeſtinos. ymmo totam eccleſiam generaliter ordinatus anno domini M. cccc.xxxij vel iij. lugduni de q̊ ſit deus benedictus in ſecula Am̄.

Scrutari ſcripturas exhortabatur olim iudeos criſtus. iohānis quinto Scripturas videlicet in quib⁹ putabant ſe vitam eternā habere. De qualib; loquitur apoſtolus ſecunda ad thymotheū iij. q̄ ōnis ſcriptura diuinitus īſpirata. vtilis eſt ad docendū. ad arguendū. ad corripiendū in iuſticia. vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonū inſtructus. Et ad romanos quarto decimo Quecumque ſcripta ſūt ad noſtram doctrinam ſcripta ſūt. vt per paciencia͂ et conſolationem ſcripturaꝝ ſpem habeamus. Verū quomō ſcrutabūtur ſcripture ſi nō habeantur Qualiter habebūtur ſi non ſcribantur. Qua ratione ſcribentur ſine ſciptoribus. ſūt igitur neceſſarij ſcriptores. Et hoc eſt quod hic ꝛ nūc itendim⁹ ſuadē cōpellēte nos ad hoc multiplici circa ſcriptores libroꝝ vtiliū defectu quem patitur etas noſtra. Et in primis

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cõcluſionem certã ſtatuam⁹ dicentes ¶ Cõclu
ſio Reſponſiua

SCriptoꝛ ydoneus et frequens doctrine
ſalubris agit opus bonum de genere. Et opus
hoc ſi pueniat ex caritate . eſt meritoriũ vite
eterne nec ſeruile dicendum eſt . Unde proti
nus habetur decaſio dubij cuius occaſione cudi
tur preſens opuſculum quod queſiuit quidam
de monachis domus carthuſie. Si liceat die
bus feſtiuis ſcribere deuotiõis libros gratis.

De differencia ſcriptoris et ſcribe .

SEd aduertendũ ĩ primis q nomẽ ſcrip
toris notat periciam ſcribendi. cũ vſu aſ
ſiduo vel frequenti. Scriba vero dicit magiſ
ter. in eis que ſũt diuine legis eruditum. Qui
et ſcrutatoꝛ et conquiſitor dici poteſt . aut eci
am dictatoꝛ Quales erant ſcribe iudeoꝝ qualꝭ
eſdras ſcriba velox ꝛ igeioſ⁹ ĩ lege. q̃les apud
xpiãnos theologi doctores ſeu theologie pfeſ
ſores de q̃bꝫ nõ erit pncipaliter ſmo pñs ſꝫ de
ſcriptoribꝫ q̃ſi mechaĩcis ꝛ manualibꝫ libroꝝ

¶ Scriptores ſũt ĩ multiplici differẽcia

Et hij ſũt ĩ mltiplici drã pẽs erudicõꝫ ma
iorẽ vl miorẽ circa ſcripturã quã tñſferũt ex ĩ
ſpecto exẽplari libro vl quã de pnũciãtis ore
ſuſcipiũt ſicut baruch de ore ihẽmie ſcpſit oẽs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſermones eius Sunt qui ſimul ſūt dictatores
et ſcribe ꝛ ſcriptores· talis laudatur fuiſſe di
uus Ambroſiꝰ· libros ſcribens quos dictabat
Sunt alij gradus īfimi nullū penitus haben
tes intellectū eoꝝ que tranſſcribūt· quos qua
ſi pictores appellamus· Sunt nonnulli medij
gradus quibus apertus eſt ſatis ſenſus eorū
que ſcribunt ſaltem gramaticaliter· ſeu littera
liter· quales olim fuerunt et adhuc eſſe ferun
tur in religionibus a ꝓbatis atqꝫ ī vniuerſita
tibus ꝛ ſtudijs rationabiliter īſtitutis· Et de
talibus loqui precipua nūc eſt intentio nequa
ꝗ̄ alios ſecludendo· qui vel ſūt maius aliquid
ꝗ̄ ſcriptores vt primi· vel vt ſecūdi· qui parū
ſūt ad fructum ſpiritualem ſue ſcripture capeſ
ſendum ydonei· Quibꝫ prenotatis· vt lucidior
et breuior eſſet ordo dicendoꝝ· patet ſtatī hec
noſtra concluſio· ſcietibꝫ quid eſt opus bonū
de genē· quid opus meritoriū vite eterne· qꝺ
opus ſeruile Verūptamen placet eam per cōꝑ
ationes aliquas in ſubſequētibus duodecī con
ſiderationibꝫ amplificādo monſtrare· quas me
trꝫ triplex ꝯprehendit· Verſus Predicat atqꝫ
ſtudet ſcriptor largitur· et orat· Affligitur ſal
dat· fontē lucemqꝫ futuris Eccleſiam ditat ar
mat cuſtodit honorat ¶ Prima conſideratio

ꝙ ſcriptor predicat

SCriptor ydoneus et frequens · librorum
doctrine ſalubris · ſic enim ſemper īfra
loq̄ volumus intelligi predicare dici poteſt Cer
te ſi lingua ſilet · manus predicat et fructuoſi
us aliquando ꝙ̄to ſcriptura · venit ad plures
vberior ꝙ̄ tranſiens ſermo · Nec obuianꝰ dic
to iheronimi quod habet neſcio quid latentis
energie viue vocis actus · et in aures diſcipuli
ex doctoris ore tranſfuſa · fortius ſonat · Sꝫ
īuenies aliq̄s eruditiſſiōs fatētes ſe plura di
diciſſe ſcripta ſtudēdo ruminādoqꝫ ſecū ꝙ̄ ꝑ
doctoris auditū Qualē ſe fuiſſe videt̄ bernar
dꝰ gloriari dicēs magiſtros ſuos fuiſſe quer
cꝰ et fagos · ꝓcul dubio nō ſine ꝓuia vel comi
te lectura librorum Adde ꝙ inter predicatores
ſūt mlti tāꝙ̄ nudi ꝓnūciatores eoꝝ q̄ ſumūtur
fēliter i ſcꝑtis Qui ſi mereri poſſint aureolā
ꝑdicatoribꝫ debitā · cur non ſimilr̄ ſcriptor nē
cui poteſt adeſſe ⁊ adē Suppoīt̄ nō ipar aīaꝝ
ſaluificās zelꝰ ſcbēdo ſicut alr̄ loquēdo ¶ Secūā
ꝯſideracō ꝙ ſcriptor ſtudꝫ legēti ⁊ dictāti ſilis

SCriptor hꝰmoi ſcrutāti ſtudioſe l' legēti
doctriāliter nō ē vſqꝫq̄qꝫ diſſilis vl' eciā
dictāti Colligit̄ ex ꝓcedēti deductio pn̄tis cōſi
deracōnis quo ad legere l' dictare q̄a ne dū ꝓ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

morula temporis exigua· ſed ſi in ānos decē ·
centū· mille ſcripturam durare ↄtinget ī ſe vel
per multiplicationē exemplariū ab ea legenti
bus autē atqꝫ dictātibus ſi defuerint auxilia
ſcriptorū cū memoria ſit labilis· obrepet pro
tinus oblitteratio dictantis aut de lectis obli
uio · Adde q̄ ſalubriora ſūt plerūqꝫ ſcripta ve
teꝝ qualia ſcriptor noſter elegit q̄ȝ dictamina
nouelloꝝ Non q̄ iprobemus nouos dictatores
quales aſſidue cogūtur aſſurgere · tū ꝓpter al
terationem variam guſtus ſpiritualis cupien
tis nūc hāc nūc illam eſcā verbi celeſtis nunc
omnem penitus abhominātis Tū vero ꝓpter
dubitationes nouiter emergentes iuxta quali
tates tempoꝝ aliaꝝqꝫ circūſtanciarū que nūq̄ȝ
plene totas ſe prebebūt· cū ſint abſqꝫ numero
variabiles Exemplū de medicis et morbis· nō
enim ſufficiūt eis libri quātum libet ex arte cō
poſiti· ſed oportet variare ↄceptas· quales vel
le ſimul omnes tradere eſſet ꝓut auicenna no
tat inexplebile· Prodeſt nichilominꝰ apud rē
publicā non mediocriter ↄſeruatio taliū parti
culariter dictatoꝝ· ſicut contra morbos corpoꝝ
ſic aduerſꝰ peſtes animorum quod vtiqꝫ facit
ſcriptor· Porro ſcrutationem ſtudioſam non
omni ſcribenti tradere poſſumus ſed ſciētifico

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuius memoria firmius retinet ea que ſcribit. q̄ꝫ alia ſi wlt intendere. tum ꝓpter immoraci onem tum quia ſegnius irritāt animos demiſ ſa per aures. q̄ꝫ que ſunt oculis ſubiecta fideli bus ait flaccus. Accipit ex hac radice ſue tra dicionis originem ars memorie. cuius memi nit cicero Redditur īſuper racio cur expediat ſtudioſis abbreuiaciones ſibi certis notulis ī ſignire puncta memoratu digniora. ¶ Tercia cōſideracō q ſcriptor largit̄ miſēt̄ ꝛ ꝯmodat.

SCriptor noſter largitur miſeretur et com modat. Tres eſſe partes ſatiſfactionis theologi tradunt Vna eſt elemoſina de qua p̄ ſens conſideracio. Altera eſt oracio. Tercia ie iunium. de quibus erit conſideracio ſequens. Quis oro dubitauerit quoniam ſcriptor. qua lem loquimur ſit largitor elemoſine multipli cis nedum temporalis ad ſuſtentacionē ſui. ſu orumqꝫ fratrum ſeu domeſticorum Eſt enim lucroſa non parum iſta ars. Tenebit inſup locum elemoſine ſpiritualis ad opitulacionē aī marum. nunc aduerſus errores et ſcrupulos per erudicionem doctrinalem atqꝫ cōſilij nūc ad conſolacionem ſalutarem. Fallor ſi non ita miſericordiam receperūt ionathas cū ceteris iudeis primo machabeorum xij. Dicentes ſe

habere ſolacio ſanctos libros . ideo nullo īdige
re. cōſonat apoſtolus vbi ſupra ad romanos
Sunt adhuc vt accepi nōnulli ꝓfeſſores regu
le beatiſſimi auguſtī quos canonicos r̄gulares
appellamus apud hollandiā. quorū labor ſcri
bendi paſcit eos temporalibꝰ ſubſidijs de ꝑci
o libroꝝ ēmanētibꝫ apud ſe plurimis ad ſpiri
tuale ſolaciū . Tales iure dixerimus beatifica
tos. a ꝓpheta Labores inquit manuū tuarū q̄a
māducabis beatus es hic in ſpe ⁊ bene tibi tan
dē erit in re Vxor tua miſtice diuina ſapiencia
vel r̄ligio tua vel celeſtis gracia. ſicut vitis ha
būdans in lateribus domus tue que eſt eccleſi
a vel conſciencia Filij tui litteraliter ꝓfeſſores
et ſcriptores . moraliter opera tua ſicut nouel
le oliuarū ī circuitu mēſe domini . que paratur
aduerſus eos. demones et homines qui tribu
lant nos Cōpa nunc ſi potes alioꝝ quoꝝdam
eccleſiaſticoꝝ mltiplicata ſup nuēꝝ īſtituta ſit
in orationibꝫ vocalibus. ſint in elemoſinis cor
poralibus. iſtoꝝ pauperi nec iam pauperi ſed
diuiti ſimplicitati fuerunt an adhuc ſint neſ
cio ſanctimoniales in hoc opus dedicate . ſicut
olim origeni ꝓ trāſcribendis paupibus ſuis
nedū notarios p diuites ſeculares. ſed puellas
ſex in ſcribendo peritas datas eſſe Vnde queſo

tot genera bibliarũ · tot doctorũ volumina q̄
modo ſuperſũt in eccleſia · ſi non ex ſcriptori
bus in r̄ligione degentibus quorũ ad p̄ñs vix
vllũ ſupereſt veſtigium ¶ Quarta conſideraci
o q ſcriptor orat

Scriptor noſter orat · habet oculus nunci
us cordis orandi matiā ſibi miniſtrare ·
Quāuis nichil obſit quin vocalis quādoqȝ poſ
ſit inſeri oracio vl' canticū ſuaue dum ſcribitur
Ac vero ſatis ē implere ſcriptorem noſtrū mo
nicionem apoſtolicam · q pſallam⁹ ⁊ cantem⁹
in cordibus noſtris domino · Quod frequēter
eo liberius implere valet · quo ſolitudine qua
dam vberi⁹ fruit' · Puto palā m̄ fieri q ſcrip
cio vl' ſcriptura ē op⁹ dei op⁹ r̄ligioſū · nō mi
n⁹ ſepe q̄ vocis exaltacō i cātic̄s eccleſie · Po
teſt ſubīde vnū ɔpenſari p alterȝ q̄nqȝ ſalubri
us · q̄ tpalis adminiſtracō ab eccleſiaſticorū
officioꝝ frequētatiōe ſaluat et abſoluit Credi
derit p̄ide ſcriptor nr̄ · et pietate iugi r̄cogita
uerit ciēs deū ſanctoſqȝ āgelos ſecū eſſe · to
ciēs ſcriptores ſacros ip̄m alloq̄ ociēs xp̄m ſi
bi blāda quedam oſcula conſolationis dare · q̄
ciēs eorū dicta ſalubria conſcribit · que medi
āte vel immediate diſpenſarunt · Cui digni
tati que poteſt merces alia t̄poralis equari ·

Quis prohibet talem aliquē cōtemplatiuū et
eſſe ſimul ⁊ dici . Cōtemplationem itaqȝ lcīo
que ſcribendo fit non īpedit ſed paſcat. ¶ Quī
ta conſideratio ꝙ ſcriptor affligitur

Scriptor noſter affligitur. in quo ieiunij
vicem tenet Jeiuniū ꝓut eſt tercia pars
ſatiſfactionis . extenſo nomine dicitur a docto
ribus omnis afflictio corporalis aſſumpta vo
lūtarie pro domatione carnis vel vite ſatiſfac
tionis que fit per dolorem Quemadmodū ꝑs
altera que dicitur oratio concludit omnē men
tis eleuationem in deū cū humili ſubiectioē et
obediencia Elemoſinā vero protendunt ad om
ne ſubſidiū proximo miſericorditer impenſū.
Conſonat votū paupꝰtatis elemoſine . votū obe
diencie orationi . votū caſtitatis ieiunio ſeu cor
poris edomationi . Que taliter elucidata mox
ꝑſpicuam faciūt hanc conſiderationē . cū dupli
ci precedēte. Nullus itaqȝ negauerit laborioſū
eſſe ſcribentis exerciciū . acceptet igitur illud
in penitenciā ſeu ſatiſfactionē ꝓ ſuis alienisȝ
delictis . ſic enī directio ſpiritualis oculi reddet
laborē ſuū nedū vno hoc modo laudabilē ⁊ me
ritoriū . ſed tot modis quotītētioēs bonas ad
ducet ad decoracionē actus ſui nominati iuxta
cōſideracioēs duodecī q̄s ſub ſcripture ꝓconijs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aperimus. Iuge quod in foro penitentie po
teſt iſte labor, ad ſatiſfactionem ſacramentalē
imponi Quem laborē ſi nullus imponit homi
num. imponit ſane deus ab inicio cū dixit ade
et poſteris In ſudore vultus tui veſceris. Por
ro qui ī labore hominū nō ſunt. nec cū homib9
flagellantur non intumeſcant ſed timeant ne
cum demonibus affligantur Scripſit egregiū
volumen auguſtinus de opere monachorum.
quod totum potuerat ad rem que nunc agitur
traduci Quoniam ſi monachos oportet opa
ri. quale dabitur opus aliud ſue profeſſioi ne
dum minus aduerſū. ſed amplius promotiuū
attento ꝙ non omnes ydonei ſunt ad difficili
ora qualia ſunt predicatio vl' lectio doctrinal'
Sed neq3 miſſarum obſtat celebracio. quam
finit hora breuis. Neq3 preterea valet excuſa
cio deſidie non nullorum dicencium. ymmo q̄
ſi glorianciu. neſcio ſcribere ¶ Diſcant diſ
cant. neque verecundentur vel deſperent quo
niam labor improbus omnia vincit. et duris
veniens in rebus egeſtas ait virgilius. Nece
ſitas facit vetulas currere Qui ſe dicit egē. cū
ſibi poſſit faciendo quod in ſe eſt prouidere. ſi
mendax. ſi fictus eſt. lector diiudicet. ¶ Cer
ta ↄſideratio ꝙ ſcriptor ſal ſapiēcie tribuit.

Scriptoꝛ noſter poſteris ſal ſapiencie ad
miniſtrat. Jubet apoſtolus eſſe noſtrum
racionabile obſequiū ꝯformiter ad figuram le
gis precipientis in ōni ſacrificio ſal apponi Vi
deat autē ſcriptoꝛ ne ſuū ſal infatuet vel ſibi ſi
ei non ſapueret vel aliis ſi corruptum ꝑ inepci
as ſcribendi reddiderit Quales vere protulit e
tas noſtra plurimos quoꝝ mēdoſa fuerūt adeo
volumina vt ꝯſulcius fuiſſet. nulla q̄ talia mi
miſtrari cū litteris īcōditis ſiue lege ſiue ſenſu
vel ordine. adeo quidē vt auctori ꝓprio ſeu dic
tatori nō īntelligibilia redderetur q̄tūlibet mtro
ſpecta Hanc exiſtimant aliqui nō minimā tri
buiſſe iacturam ſtudiis ac vniuerſitatibꝰ noſ
tre tempeſtatis dū quilibet admittebatur ad
ſcribendū. nō ꝓbatus nō cognitus Exemplari
a quoq; dabātur īcorrecta Quid ni multiplici
ce corrupcio ſequeretur. iūcta tranſſcribentiū
vel inercia vel ignorancia. Sed dantur viſita
tores in artibꝰ mechanicis. ne fraus cōmitta
tur ī operacionibus vt in pānis vel in pane vel
cultellis ⁊ ceteris. Quis digne tulerit opus p̄
cioſiſſimū expars eſſe viſitationis. ne corrup
cio ſua ſerpat iugiter in deterius Hic olī apud
ſanctos patres habebatur electio ſup ſcriptori
bꝰ. nec paſſim admittebatur īdoctus vt doctꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed vſqȝ ad pūct ꝺeꝛum formationem· qui lucē
bant magnā legentibꝫ examē habebat· Priſ
ti doctores nominati herineꝰ ſi non fallit meō
ria ſubiūgebant in opuſtuloꝛum ſuoꝛū fine ter
ribilem diuini nominis obteſtacionē· vt ſcrip
ta ſua correcte tranſſcriberētur ⁊ per poſteros
ita fieri ſuaderēt Alioqn̄ iuxta iheroimū q̄s k
ſcripſiſſe k emēdaſſe fructꝰ eſſet ¶ Septima
cōſideracio ꝙ ſcriptor fontem miniſtrat
Scriptor nr̄ poſteris aperit fōtē aq̄ viue
ſalientis ī vitā eternā· Intelligat hoc nō vt ac
tor pn̄cipalis q̄ ſolꝰ deus eſt· ſed vt miſtrator
Nā fōs vite verbū dei ī excelſ Nōne libri ſa
lubres quales itendimꝰ· ſūt nō ciſterne q̄dem
vetetes ⁊ diſſipate· ſed fons ortoꝛū puteus aq̄
rum viuēciū que fluūt impetu de libano· qui
cādidacio nūcupatur Cui ſapiēcie fōti q̄to pr
imiores ſunt riuuli ſcienciaꝝ tanto puriores ſa
lubrioresqȝ credideris illos· Quo cōtra dum
per terras in longinquū riui ſcienciarum dil
būtur nō retinentes ꝟtutē ⁊ guſtū fōtis oꝛigiā
lis· ſcito ꝙ de facili limū viſcūqȝ contrahunt ⁊
vn̄ vermes peſtilentes vt rane bufones colub
genita repūt ⁊ potātes īficiūt ꝗ perimūt Bibe
igit̄ o ſcriptor de aq̄s tuis viuētibꝰ de libano
prioꝛ· Et ne dixeris cū hereticis aque furtiue

dulciores ſūt· ſed ōnia palam et in luce clareſ
cāt pro quo ſit ſequens cōſideracio· ¶ Octaua
conſideracio ꝙ ſcriptor lucem dat·

SCriptor noſter lucem ſequitur ⁊ eam poſ
teris adminiſtrat Lex dei lux eſt et lucer
na· lucerna pedibus meis verbū tuū ait pſal
miſta domino et lumen ſemitis meis Hic opor
tet ipſi gaudiū· qui delectabile lumen oculis ī
ſpiciat · Neqȝ habet vt tobyas conqueri· quale
michi gaudiū erit· qui ī tenebris ſedeo ⁊ lumē
celi nō video· Videt plane lumen celi ſcriptor
noſter quod eſt verbū dei deſcendēs a patre lu
minū· dum alij accumulāt ſup̱ ſe terram īſtar
talparū defoſſi tenebris ſeculariū vel litteraꝝ
vel op̱acionū· Gaudeant pueri tales habuiſſe
parētes vel magiſtros qui talibus eos artibus
ſalubria ſcribendi voluerūt īſtruere· Gaudeāt
qui talentū artis huiuſmodi ſuſceptū nō igna
uiter infodere ſed vt lucernā ⁊ lucem ſtrēnuita
te diligenti· conātur preſentibȝ ⁊ futuris oſten
dere Vide· homo homini ⁊ ars arti quātū preſ
tat ⁊ prefertur· Debitus ſcilicet ad ſalutaria
ſpiritualiaqȝ p̄ derelictis aut impulſis ad nox
ia ·que vel auariciā nutriant vel ad flagicia p̱
trahant· nō diſtrahāt a peccatis Demū colli
ge tecum ſcriptor noſter quale tibi ſit donum

dei · poſſe frequencius emergere de tenebris mūdanorum hominum cū actibus ſuis teterrimis · in ſedicionibus in bellis in contradictioībus Emergere dixerim per obligationem animi dū lucidis et tranquillis actionibus mens occupat ſe Nam vbi locus eſſet ī corde tuo tenebris · quid lux ſcripturarum attentione ſua complet Qua in re non paruū accipit fructū ſcriptor q̄uis illitteratus · non minus crebro q̄ꝫ homo non intelligens eccleſie canticis occupatus · Dedit hanc lucē auguſtin⁹ dū obediēs celeſti oraculo tolle lege tolle lege · coniectis ī ſcriptura apoſtoli oculis · mox depulſe ſūt ab eo dubitationis tenebre luce ſecuritatis infuſa Itaqꝫ dici nō poteſt q̄ꝫ mlꝉtiplex olim ⁊ cotidie lucis ſplēdide fulgore irradiet legētes ī ſcripturis quas haberi non poſſe ſine ſcriptoribus quis neſciat · Preſto ſūt vbilibꝫ ſcripta tibi ſi volueris · verba nō eque Vides ī illis defect⁹ tuos tāq̄ꝫ ī ſpeculo ſine verecūdia vꝉ pudore aīi⁹ q̄ꝫ inſpicientis vꝉ culpantis · Potes ꝓ variacioē palati ſpiritualis nūc iſtis nūc illis ſcriptorum refici ſaporibus Propterea ſuperuacuā ipſorum multiplicatōnē quis eſſe culpauerit · Nonne lautiſſimam eſſe conuenit ſapiencie mēſam multaqꝫ ferculorum varietate refertam

Sumat vnuſquiſqʒ quod ⁊ quãtũ ſatis erit· &
vſqʒ ad ſobriam ebrietatẽ ſpiritus· ad quã ſpõ
ſus inuitat cariſſimos Cõmedite inquit amici
⁊ bibite ⁊ ĩebriamini cariſſimi· Qualis ebrie
tas non obtuſitatẽ tenebroſam ſed lumĩoſitatẽ
affert· Nõ cõſideratio ꝙ ſcriptor eccĩã ditat

Scriptor noſter eccleſiam ditat Refertur·
Auguſtin⁹ moriens fratribus inculcaſſe
ꝙ eccleſiaſticã bibliotecã magno ſtudio quia
magnũ ſciebat eſſe theſaurꝫ cuſtodirẽt· Quo
contra non habent tyrãni depopulatores regi
onũ ſeu ṙligionũ· efficacius machinamentũ· ꝙ
ſi libris ipãs ĩ primis ſpoliauerint atqʒ priua
uerint· patuit ĩ ṙgibꝫ aſſirioꝝ ṙſpectu ihrlm ⁊
iudeoꝝ· Hoc pridẽ animaduſũ eſt incõmodũ ce
piſſe circa ṙgnũ fracie criſtianiſſimũ a quo li
bri diſtracti ſũt aſſidue· et ſi non aperta tamẽ
occulta et palliata de predacione· ꝓpter lucrũ
ad exteras nationes colligẽdũ· Quãquã neqʒ
defuerint apertiſſimi violẽtiſſimiqʒ direptorẽs
Dicitur ĩ prouerbio vulgari Boni libri faciũt
bonos clericos· Hoc ꝓuerbiũ verꝫ eſt· mutatis
quoqʒ libris· vt policia mutetur vnomõ vel al
tero neceſſe eſt Hec ad laudem ſcriptorũ ſpec
tãt· quoꝝ ſtudiũ eſt ad oppoſitã libroꝝ depaup
ationem cõtrarium· ditare ſcilicet et populare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libris ſanctis · Admirabilis fuit ardor habē
di libros ſacros apud ptolomeū regem · qui p̄
cio ingenti cōperauit ſibi per ſeptuaginta int
pretes tranſlationē eorū Quo vtinam puoca
rentur infidelis regis exemplo fideles pōtifices
⁊ prīcipes xpiāni · fertur hui⁹ regis libraria
quinquaginta milia libros habuiſſe Cetm di
uicias hic non accipimus in ſolo decore libro
rum Qui tamen additus ſi fuerit valori ſpūa
li preciū duplex accreſcat · ſicut in ornamentis ec
cleſiaſticis iſta laudam⁹ · ſit ſcriptura lauda
bilis pro theſauris · qualis non eſt ī papiris
illico pereūtibus · vbi dicuntur ſimul labor rec
te papireus deperire cū opa et īpenſa · Perga
menū durabilius ē · Que cōdicio cariſtiā eius
ſupra papirum cōpenſat habūdanter · Sꝫ ne
que quiſpiam excuſauerit ſuam ī ſcribēdo ſeg
niciem · ſi neſciuerit litteras artificioſe multū
formare littera ſit legibilis · ſit punctuata ſit
purgata · qualis eſt lombardorum · non inuol
uens ſe tractatibus ſuperfluis · Sit demū ſi
ne mendis falſitatis · cum orthographia vera
Illa ſufficit in eccleſie theſauro reponi · quā
uis parum ſucati decoris obtineat · nec tantū
dem preciȷ̄ temporalis ¶ Non autem oportet
ad extremum vnumquemque ſimiles · · · · ·

ad ſcribendū libros aſſumere· queadmodū nō eſt par ī legentib9 ſtudiū· Captat hic ampli9 deuocionē vel gignere vel nutrire· cui perua ſatiſfaciūt opuſcula Wlt alius in altū erudicioīs ītellectualis aſcēdere tali grandia doctorū habenda ſūt volumina· quoꝝ tradiciones ordine doctrinali ſcrutetur Alioquin rectū ī addiſcēdo deſerens ordinem letos iuxta boeciū exitus nō haberet Primū ſimplicitati clauſtraliū ꝛligioſoꝝ Alīm magis appatum eſt ſtudioſitati ſapienciā cū predicationis officio pſiteri querentium Tu deniqꝫ ſi nō potueris amplos librorū manipulos ad aream eccleſie ꝛportare vel puulos ⁊ paucos· ymmo ſi gregorio credis vel vnū afferre ſtude vt in tabernaculo domini non vacuus appareas· ſi ſolos eciam capraꝝ pilos habueris vel minuta duo ¶ Conſideratio decima ꝙ ſcriptor eccleſiam armat

SCriptor noſter eccleſiā armat Cōpat ſalomō in cāticis eccleſiam turri dauid que edificata eſt cū ꝓpugnaculis ⁊ mille clipei pendēt ex ea· ōnis armatura forciū Et apoſtolus nominat verbū dei nūc clipeū ignitum· nunc gladiū ancipitē ⁊ penetrantē nūc gladiū ſpiritus Et pſalmiſta ſagittas potentis acutas· Quiſquis igitur habꝫ zelū legis· ⁊ habere debꝫ

ſſimus pontifex precipue cum prelatis et clero
vigilet oportet hanc armaturam libris miniſ
tratam augeri aduerſus omnem ſcīeciā extol
lentē ſe contra xpianam r̄ligionem Sed heu
quid dicat apoſtol⁹. Omnes que ſua ſūt q̄rūt
non que iheſu xp̄i. Qui nec opponūt ſe murū
nec armis ſpiritualibus induuntur. nec ſcrip
ta quibus alij ſe fidemqꝫ dilatent. habundare
procurant. Vide ſi non carior eſt hodie ꝯſcrip
tor citacionum q̄ ewangeliorum. Mencior ſi
non pluris emitur. ſi non ſedulius apud quoſ
dam criſtianos comparantur ſcripture fabulo
ſe q̄ r̄ligioſe. et ꝓphane q̄ ſacre et lubrice q̄
caſte. In nūc ⁊ ecciam inter has manus proſpe
rari ꝯfide. Si nō erit aīm⁹ ad ſcrutādū iuxta
xp̄i iuſſionē ſcripturas illas tū mltiplicare r̄ſ
uare qꝫ ꝓ neceſſitatibꝫ et oportuītatibꝫ equū
erat Non q ip̄i eciā theologi meōriter oēs in
corporēt Hoc enī neq̄q̄ factibile ē l' tēptādū.
cū ſit ꝯſulci⁹ paucis rite digerēd īmorari Vex
expedit r̄ponē r̄poſitaſqꝫ cogitare ſcripturas
velut ī ſūma q̄dam q̄ten⁹ ꝓ loco ⁊ tpe poſſint
haberi ꝯſeſtī vt ita loquamur ad manū ꝓ īfide
libus vl' cōuertendis vl' r̄uincendis. Ad erudi
endum eciam nūc hoc modo nunc illo fideles.
¶ Talis ſit oportet omnis ſcriba doctus in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

regno celoꝝ ſimilis hoī patriſamilias q̄ ꝓfert
de theſauro ſuo noua ⁊ vetera. Cui parabolice ſi
militudini nōne videtur alludere ſponſa blandi
ens ſponſo. ōnia poma noua et vetera dilecte
mi ſeruaui tibi Offert hoc loco ſe cōſiliū. quid
p cōparationem ad armaturā dei quā eſſe dici⁹
libros legis. ſit de armis dyaboli libris r̄pro
bis faciendū legat qui neſcit illud de actibus.
capitu. xix. multi ex hijs qui fuerant curioſa
ſectati ɔtulerūt libros. ⁊ cōbuſſerūt corā ōni
b⁹ Et cōputatis p̄cijs eorū inuenerūt pecuniā
denarioꝝ quīquaginta miliū. ita fortiter creſ
cebat verbū dei et ɔfirmabatur. Simile factū
nuper accepim⁹ de libro magico eſtimatioīs
mille aureoꝝ. qui vt palmes īvtilis aruit ⁊ ar
ſit Sic olim piſius ī grauia ⁊ nup ī atrio ma
ioris eccleſie. Utꝝ vero ſit expediens apud p̄
latos et īquiſitores tales aliquos r̄ſeruari ꝓp
ter exemplar cōdēpnationis ſimiliū. ipſi ɔſide
rent. De bonis quidē nulla ſit dubitatio quādo
videmus p̄cepto domini tabulas legis ī archa
cuſtoditas fuiſſe r̄poſitas. que cuſtodia cū ho
nore ſignata eſt ī exēplari vita criſti qui libꝝ
legis poſtq̄ acceperat ⁊ legerat arma ꝓ ſe cō
tra pſidos ex yſaya ꝓferēs. plicuit libꝝ r̄ueren
ter miniſtro r̄ddens illū vt habetur luce iiij ca.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Moreē rurſū eſſe iudeis nō ita ſedere altē q̄ᵐ alte poſita ſūt libri legis ſcribit nycola⁹ de lyra. Dicitur īſup de criſtianis aliquibꝫ qꝫ ipſis par ē deuocio ad libꝝ aliquem ſanctū ſicut ad ſāc torū ꝛeliquias ¶ quem vt ſignaculū ſupra cor vel pectus ſuū ponunt. oſculantur ꝉ ſtringūt nec parū credunt opitulari. dū in ſe verſant quid de ewangelio mathei ſuper egros impo ſito tradūt hiſtorie cū ceteris. ¶ Conſideracio xi. qꝫ ſcriptor cuſtodit eccleſiam . .

Scriptor nr̄ eccleſiam cuſtodit. Opitulaci o ſcripturarū duplex eſt aduerſus hereti cos. Vna vt vincant̄ et ſic armat. Altera ne vincant ꝛ ſic cuſtodit Sed nobis talia differē tibus moꝝ occurrere videtur animalis hō ꝛ op ponere primo illud eccleſiaſtes ī fine. qꝫ ſcri bēdi plures libros nullus ē finis Deīde qꝫ defi nit ſcrutatores ſcripturaꝝ ꝓfcti deuotaꝝ Ampli us qꝫ ex lcāra libroꝝ mlᵗa acceperūt occaſiōꝫ errādi ymmo īſaniēdi ſicut oppoſuit paulo qui dicebat mlᵗe lr̄e faciūt te īſanire paule Rurſus oportēt libros īpis eciā laicis ꝛ mulierculꝭ ꝓpi nare vt docerēt̄ ꝑ ſe legendo eos facta tn̄ſlacō ne ad wlgare ſuū ſi nō aliter cōciperent Hc ve ro primū nō impedit. vel oblitterat laudem ſcriptoris nr̄i Nō enī ꝓgredit̄ ī īmēſū ſine hē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed finem ꝯſtituit cũ eccleſiaſte timorẽ dei ⁊ cũ
ſuoꝝ obſeruatione mãdatorũ Quo fine ꝯtento
nichil min⁹ Nec iam erit pluralitas libroꝝ ſꝫ
vnitas Fatemur ⁊ plãgim⁹ raritatẽ eſſe nimi
am in ſcrutatorib⁹ ſcripturaꝝ deuotarũ · Sed
maior adhuc īueniretur occaſioẽ ſublata libro
rũ quos ingerere ꝑ ſcriptores expedit Potẽs
eſt deus affectib⁹ flãmã inurere cũ ītellect⁹ al
lãone vt ꝑfectionẽ ſuam in veri cognitioẽ poſi
tã aliquãdo ſcrutetur· Ceteꝝ nichil eſt tã ſanc
tũ ⁊ ſalubre vel piũ· quo non ꝯtingat abuti· ſic
de libris euenit quoꝝ nõ ē culpa neqꝫ ſcriben
tiũ Sed ſcelus eſt in abvſu Poſtremũ magis
vrgere videtur ſi nõ habet zelus inſtructionis
ſanctã ſciẽciã· ſi ꝯtẽpſerit obſeruare non violã
dam eccleſie ierarchiã· que habet vt īferiores
layci ꝑ ſuperiores clericos in lege dei ꝑitos in
ſtructionẽ accipiãt· Nec docere habꝫ publice·
niſi miſſus Nõ eni eſſe dicim⁹ õniũ vl' habere
vel ſcrutari libros ſanctos illos maxime· q̃ ſuã
difficultatẽ petũt explanari ꝑ alios paſſus et
gloſas doctoꝝ Qualiter agere nec facultas eſt
igeniĳ nec erudicionis ꝯmoditas apud vulg⁹ ·
quos ab ore ſacerdotũ oportet legem exquirere
Neqꝫ tamẽ arcẽdi videtur ab opuſculis mora
libus et deuotis nullam in ſe difficultatem nec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ambiguitatē nec abſurditatem in tranſlatioē
gerentab; · cuiuſmodi ſunt hiſtorie vel vite vł
legende ſanctoꝝ· nec non meditatioēs ſancte
Tranſlationes in ēliquis iure culpātur plus
erroris arrogantis · q̄ deuotionis humilis á
erudicionis ſalubris materiā ꝓpinātes· ¶ Cō
ſideracō xij ſcriptoꝛ honorat eccleſiam ·

D Scriptor nr̄ eccleſiā honorat Deducunt
hanc hōrificenciam premiſſe ꝯſideracōēs
que ſimul oſtendunt nō mediocrē latrie vene
rationem ſcribēdo libros ꝯſtitui· Unde conſur
git ratio meriti ad deum · qui honorificat ho
norātes ſe Qui legē quoꝫ matris eccleſie ſpō
ſe ſue nō dimittunt ſed augere ſed dilatare ſed
elucidaē ꝯtēdūt Quod ſi forte dixerit emulꝰ
aduerſus laudē ſcriptoris nr̄i Cur laudetur il
le q̄ mercēnarius eſt· cuius ad lucrū ēſpicit o
culus ꝯcapiat lucrū quod ſuū ē · ꝛ vadat Reſ
pondebimus p ewāgelicā ꝛ apoſtolicā ſniām ·
q̄ dignus ē opariꝰ cibo ſuo ꝛ mercede ſua· Tā
tūmō pn̄cipalis ꝛ finalis eius ītencō in honore
dei ꝛ eccleſie ī caritate nō ficta · in ſua demū a
lioꝝq; ppetua ſalute figatur· vt ſit finis lucri
ſub fine celeſti · q̄tenꝰ nō iā duo fines aduerſi
ſed vnꝰ vtrobiq; cēſeatr̄ Nōne ſcriptoꝛ nr̄ ꝑte
rea reit honorādꝰ ab oībus q̄ diligūt eccliam

p̄cipue qui r̄egimini ſuo p̄ſūt. Sit honor ipſe ꝉ
beneficio ſit honor ī aliquo īſigni titulo. ſit in
largitiōe īdulgenciaꝝ non min⁹ q̄ꝫ ꝓ pegrina
tiōe vel eccleſie materialis ꝯſtructione. ſit in
priuilegijs aliquib⁹. Quoniā ſi duplici hono
re dignos dicat apoſtolus qui laborāt in verbo
nūquid de ſcripto ſilebim⁹ Nūquid ewāgeliſ
te. nūquid ꝓphete. nūquid paul⁹ ipſe profue
rūt nichil ſcripto Nōne plurimi cotidie ſcrip
tis edificātur q̄ verba nō audiūt Hoc vnū iniū
gendū premiſim⁹. vt ſcriptor ōnis ydoneū ſe
p̄beat Quaten⁹ ab īſtitutis vel īſtituēdis prin
cipalibꝫ ſcribis. exēplaria que ⁊ qualia ſint ir
r̄eprehēſibilia ſuſcipiat. Hic enī iubet domin⁹
deutro. xvi. vt rex ſibi deſcriptur⁹ deutronomi
um legis exēplar a ſacerdotibꝫ accipiat. ⁊ mo
yſi dicitur fac ōmia ſecūdū exēplar quod vidiſ
ti ī mōte. quod ⁊ angeli miniſtrātes obſeruāt
Ecce q̄ta ſterilitas p ecclesiaſticos preſbītū ple
banos r̄ectores eccl̄iaꝝ ⁊ alios ociosos de eccl̄ia.
prohdolor īuenitur Apud q̊s nec breuiſſimus
tenor vn⁹ habetur diuinoꝝ preceptorū. nec ſa
cramētoꝝ nominatio nec numerus articuloꝝ
Cōpellūtur hēe ſynodalia q̄dā īſtituta Bene q̄
dē ſed illud oportuit facere nō tamē aliud omit
tē Rñſio ad q̄ſtiōꝫ vtꝝ licꝫ ſcribē diebꝫ feſtis

DEnique michil impedit vt ad principiū finis ſe referat· libros ſeu tractatulos ꝛ codicillos deuocōis ſcribere diebus feſtis ·habito moderamiē ·quale ſapiēs iudicabit ī hoc opere· quod vtiq; nō fuile cēſendū ē· ſed ī hōrem eccleſie pl⁹ aliquando vergēs ꝙ̄ mltiplicacio vocalis oꝛōnis· ymmo ꝙ̄ īſolens in aliquib⁹ miſſaꝝ incultatio ¶ Conſiliū autoris de habendis ſcriptoribus·

SI quid ad extremū nobis ē· ꝛ fidei vel cōſilij · ꝓuideant ſupiores in vniūſitatib⁹ ſtudioꝝ ī cenobijs ſeu monaſterijs rligionū in collegijs eccleſiaꝝ·maxime cathedraliū nedū librarias habere · ſed ſcriptores de ſuppoſitis ſuis inſtituere cū relaxationib⁹ onerū ceteroꝝ congruis ꝗ cū ſtipēdijs oportunis Que vbi deeſſent agat nichilomin⁹ ſcriptor noſter viriliter pro cauſa non infima · quatenus ociū vitet quod vicia docet omnia·quod eorū ſentiā eſt abhoīnabilꝫ ꝛ horrēda Speret premiū ſperet qm̄ merces ſua magna nimis erit deus iubens ſcrutari ſcripturas· ac perinde ſcribi ꝗ̄b⁹ habetur eterna vita· Cuius eſſe participes taꝗ̄ in libro ſuo ſcriptos·largiatur ipſe nobis domin⁹ noſter iheſus criſtus lib vite ſpecioſiſſim⁹ deus bñdictus in ſecula A M E N

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF







Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf